

dulc. *unc.* ii. in jusculo gallinæ propinans à dolore eundem liberavit.

(a) l. 10. *prax. c. 1.* (b) *Confer Forest. l. 1. obs. 8.* (c) l. 2. *med. prescrib. form. remed. s. 2. c. 14.*

X X I I X.

Compulsi itaq; etiam interna per os assumenda usurpare, cautè ut agamus & circumspectè, opus habemus. Primum autem locum concedimus vinis purgantibus in causa præsertim frigida, à qua etiam flatuum fovetur seminarium & plerumq; ex ea concitantur, cujusmodi vide apud dictum *Sennertum*. *Idem* florum chamomillæ decoctum in cerevisia vel vino tenui ad *unc. 1111*. supra modum commendat, præsentissimumq; esse in hoc dolore remedium obtestatur, ipsiq; etiam aquam flor. destillatam postponere non dubitat. Pari nomine à *Cratone* commendatur decoctum veronicæ, colicosq; à proprietate juvare contendit; exhibet autem cum myrrhæ *scrup. s.* Laudat etiam sequens: *R.* typhor. cervor. *unc. 11*. myrrh. *drachm. 11*. pip. alb. *drachm. 1*. *F.* pulvis. Dosis. *dr. 1*. Oleum etiam amygdalinum dulce cum spermatis cet. rec. *drachm. s.* vel extracti cal. aromat. *scrup. 1*. miscet & propinat cum fructu. *Rivetius* ol. amygd. dulc. *unc. 1111*. addit vini generosi *unc. un. s.* & syr. d. papav. *un 1*. utilissimamq; salutem potionem. *Rhases* confectionem è bacc. laur. ad *dr. 1*. exhibet: commodè verò id facies cum *unc. 1*. vel *11*. vini calefacti. Tinctura aurant. ad cochleare 1. repetitâ vice assumta flatuosa hæc tormina pariter tollit feliciter. Cæterum conferunt spec. diagalang. dianis. diacalaminth. diacym. ol. anis. fanic. carv. caryophyll. & alia, quæ passim apud Auctores sunt obvia plurima. *Hartmannus* (a) remedium specificum (*extremum verò esse subjungit*) deprædicat

cat